



**Des. Eras. Roterodami Pvrgatio, aduersus Epistolam non  
sobriam Martini Luteri. : Malo nodo malus quaaerendus est &  
cuneus.**

<https://hdl.handle.net/1874/431270>

DES• ERAS•  
ROTERODAMI PVR

gatio, aduersus Epistolam  
non sobriam Martini  
Luteri.

Malo nodo malus quærendus  
est & cuneus,

Væneunt Antuerpiæ in ædi-  
bus Delphorum, Per los-  
annem Steelsum.

An. M. D. XXXIII.



DE<sup>S</sup> ERASMVS ROT<sup>A</sup>  
ADVERSVS CALVMNIO.  
sissimam Epistolam Martini  
Luteri.



N RECANDVIT IN  
me pr̄ter expectationē Max-  
tini Luteri *θυμος ἀγνωστος*.  
Emisit enim epistolam quæ  
tota spirat parricidiale quod  
dam odium, quum ego post  
eum conflictū, qui mihi fuit  
pro Diatriba aduersus illius

Seruum Arbitrium, nusquā in scriptis meis odio-  
sius vel ipsum vel doctrinam eius attigerim, ni-  
mirum semper hoc agens ac sperans fore, quod  
sperant nō fallor omnes Christiana mente p̄ae-  
diti, ut si summus ille rerū humanarū moderator,  
hos ecclesiæ tumultus aliquando verteret in bo-  
num exitum. Tantum autē abest ut ipsum cala-  
mo lacessiuerim, ut quorundam priuatis episto-  
lis admonear, aliorū libellis ceditis exprobretur  
mihi, quod Luteranis in quibusdam patrociner,  
atq; excusem. Famosos dialogos, picturam septi-  
cipitem, similiaq; irritamenta semper improba-  
ui, quin & Ioannē Cochleum à tam acri conten-  
tione reuocare conatus sum. Videtur res esse le-  
uis momenti, quæ isti camino tantū adiecit olei,  
aut ut melius dicam, quæ admoto sulphure scin-  
tillas cinere opertas excitauit. Georgius quidam  
VVincelius oli insigniter addictus Lutero, post  
nescio quibus de causis ab eo desciuit. Is semel  
atque iterum ad me scripsit, non dissimulans se-  
male cogitare de Lutero. Cuius tamen literis nō  
respondi, partim quia non vacabat, partim quia

A 2 scribebat

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

scribebat ē locis procul semotis & obscuris , cū  
hoc quod ipse mihi sic etat ignotus vt nemo ma-  
gis . Quod si fuisset scribendi oportunitas , admo-  
nuissem hominem , vt aut ne lacefferet Luterum  
aut certe stomacho ne indulgeret , quem satis ex-  
ulceratū ipsius literæ præ se ferebant . Hic VV in  
celius vt appareat , nunc nescio quid libellorum  
euulgauit , aduersus quædam Luteri placita . De  
quibus quoniam non vidi , non est quod pronun-  
ciem . Accessit quidam Nicolaus Amsdorffius ,  
qui plaustrum suapte sponte pronum commode  
perculit , admonens vt contempto VVincelio ,  
Erasmus impeteretur , ac suis tandem depingere-  
tur coloribus , qui sunt , vt ait , inscitia & malitia .  
Summā enim meæ doctrinæ hanc esse , vtar ver-  
bis illius : Doctrina Luteri hæresis est , quia dam-  
nata à Cæsare & Papa , sua verò est orthodoxa ,  
quia episcopi & cardinales , principes & reges  
mittunt & donant ei aurea pocula &c . Si aliud  
est in suis libris , moriar . Atque hoc hominis de-  
me iudicium Martinus non solum approbat , ve-  
rumentiam miratur , quum sit & absurdū , & ma-  
nifestæ vanitatis . Necq; enim consistit , eidem ho-  
mini tribuere inscitiam & malitiam . Siquidem  
vbi peccatur per ignorantiam , error est non ma-  
litia . Dein nusquam in scriptis meis appello Lu-  
teri doctrinam hæresim . Quod si facerem , haud  
quaquam primus aut solus facerem . Nec vsquā  
vtor hac ratiocinandi forma , mea doctrina sana  
est , quia principes mittunt munera . Sed hoc ar-  
gumento consolor amicos , qui dolent me vndiq;  
linguis ac libellis furiosis lacinari . Horū odīs  
oppono honorū fauorem , inter quos multi sunt  
& dignitate præcellentes , & pietate venerandi ,  
& eruditione celebres . Horū iudicium interdī  
allego

## ADVERSVS EPIST. LVTERI.

allego, & aduersus eos , qui me clamant priuata  
audacia admouisse manus nouo testamento. Hic  
nihil est quod ad Luteri doctrinā pertinet , neq;  
quisquā principū misit mihi aurea pocula, quidā  
me honorarūt muneribus, sed vltro nec ambien  
tem nec expectantē. Quid accipiat Luterus, mea  
nihil refert. Quum igitur nusquam sit in scriptis  
meis quod hic alseuerat, tamen seipsum deuouet  
si quicquā aliud reperiatur in scriptis meis : Mo  
riar, inquit. Ego nō tantū illi precabor mali, sed  
potius vt in eo moriatur vanitas , & viuat veri  
tas. Tale est huius fabulae proœmiū, cui pulchre  
quadrat epistola Luteri, tota vndiq; scatēs impo  
tentibus ne dicam furiosis conuicq;, ac malitio  
sis mendacq;. Maledictis nō admodū offendor.  
Quid enim mirū si in me sic indulget stomacho,  
quum in reges & principes simili petulantia de  
bacchetur quoties collibuit. Itaq; non regeram  
cōtumelias, sed pro mea qualicunq; portiuncula  
imitabor dominū ac p̄ceptore meum, q; quum  
audisset, Samaritanus, daemonicus, ac p̄silio  
Beelzebub eijsiens dæmonia, ad Samaritani cō  
uicium obticuit. Ineptū est enim cuiquā obijcere  
patriam, quā nemo sibi deligit, aut aliud quod ab  
homine præstari nō potest: reliqua duo conuicia  
nō retorquet in maledictos, sed argumentis de  
pellit, quoniam sic expediebat Euangelio. Ignor  
are, obliuisci, dormitare, falli, labi, humanæ natu  
ræ vitia sunt , in quibus quoniam nos nihil aliud  
q; homines esse meminimus, facile veniam peti  
musq; damusq; vicissim . Sed quod Martinus  
obijcit adeo non est humanum , vt sit plusquam  
dæmonicum. Conatur enim hoc orbi persua  
dere, Erasmus nō solum nihil credere de rebus  
diuinis, verū etiam illud iam olim dolis, insidijs,

A ; totiscq;

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

totisq; vitibus agere, vt vniuersam religionem Christianā labefactatā tandem det precipitē, proq; hac paganisum in mundū reuocet. Non vereor autem ne tam atrox & impotens conuicium, nihil enim aliud est, in me h̄ereat apud eos, qui vel legerunt meas lucubrationes, vel domestica consuetudine proprius inspexerūt mores & ingenii meum. Illis satis faciendū est, qui quū nec me nō rint, nec meos libros euoluerint, sic Lutero sunt addicti, vt oraculum existiment quicquid dixerit Utinam in vita tam obtemperasssem diuinis preceptis, q̄ de his quae sunt fidei liberā & quietam habeo conscientiam apud deum. Quod ad mores attrinet, quotidie cū spirītū ac dolore cordis interpollo domini misericordiam, quem tamen nō lim mihi vñquā fieri propitium, si diabolici facinoris vñquā vel leuissima cogitatio pupugit animum meum, non dicā vt vniuersam Christi gloriam obscurarē, sed vt ipse à fide catholica resiliārem. Atq; utinā huius corpusculi factura queam hoc ecclesiæ dissidium cōsopire. Quām lubēs & gaudēs eam mortē susciperē. Interim admissorū quidē veniā nocturnis diurnisq; precibus à domino postulo, fidem autē oro, non vt det, sed vt datā confirmet augearē. Hęc corā deo loquor ex animo, sumat exemplo de me pœnas si quid mentior. Cæterū nunquā adducar, vt credā, Lutherum hoc de me suspicari, quod alijs persuadere conatur, sed impotēs odium, regnandi libido, & instigantium faces huc hominem transuersum perpellunt. Id fieri perspicuum, si recitauero voces quasdam ē quibus ille videri vult hanc de me persuasionem suscepisse.

Primum indignatur Cathechismo meo, in quo quoniā cōmemoro varios veterū hæreticorum

## ADVERSVS EPIST. LVTERI.

Corum errores , causatur me nihil aliud agere , q̄  
vt catechumenis fidei dogmata reddā suspecta ,  
dum protinus in principio omissis solidis funda-  
mentis , tantum illis obīcio hæreses & scandala  
opinionū quibus ecclesia in initio vexata est , vt  
penē definitam nihil vñquā fuisse certi in religio-  
ne Christiana. Et addit , istis verō exēplis & pe-  
riculosis questiōnibus animus imperitus statim  
in principio obrutus , quid aliud cogitabit aut fa-  
ciet , q̄ vt sese à religione Christiana tanquā peste  
vel clam surripiat , vel si ausus fuerit palam dete-  
stetur. Hanc quidē in modū orsus est ille. Princi-  
pio quæ sint illa solida fundamenta , quæ causatur  
à me prætermissa , non satis intelligo. Ego statim  
ab initio talia facio fundamenta , sic placuisse deo ,  
vt mundū peccato Adæ & Euæ ab originali sta-  
tu collapsum , per filium suum Iesum Christum  
misericorditer restitueret. Ad hanc autē gratiam  
om̄ibus pariter accessum esse per synceram fidem  
in Christum. Porro fidem esse donum dei , quod  
nemo sibi dat , sed à deo petendū est. Fidei vero  
materiam facio scripturam Canonicā vtriusq; te-  
stamenti , cuius velut à deo profecta autoritatem  
plurimis argumentis doceo multo certissimā esse  
atq; inuiolabilē , exclusa mundi philosophia , &  
humanis rationib; atq; experimentis. Hęc ferē  
summa est primæ catecheseos , in qua nullū ver-  
bum ambiguum , sed cōstans & viuida asseuerat-  
io , que quū sit perpetui toto libello , tamen vno  
in loco sic loquitur catechista. Cæterum hic ubi  
deus est omnia in omnibus , nullus esse potest er-  
ror , nulla nubes , nulla ambiguitas , ipse est initium ,  
ipse progressus , ipse consummatio .

Obsecro te lector integræ mentis , an hęc nō  
sunt solida fidei Christianæ fundamenta , quibus

D. ERAS. ROT. PVRGATIO  
vſus est Paulus & oēs orthodoxi patres? Si Lu-  
terus habet solidiora , nullus obstat, quo minus  
proferat in utilitatē ecclesiæ. Et haud ſcio an ædi-  
derit aliquod ſymbolū germanice, cuius rei pro-  
ſus ignarus , ſimpliciter laudatissimi viri preci-  
bus hoc operæ ſumpli. In ſecunda catechesi reci-  
tatur ſymbolū , & ad maiore rei perspicuitatem  
vniuerſum in tres partes diuiditur, iuxta tres p-  
ſonas diuinas, quarū obiter explicatur , & natu-  
ræ vniuersitatis & proprietatiſ differentia. Mox ſectio-  
daria diuiniōe ſinguli articuli veluti breuib⁹ ſcho-  
lijs expediuntur, vt ſumma totius argumenti di-  
gusta & cognita, reliqua catechumenus & intel-  
ligat facilius, & meminerit fidelius. Dein locis  
cōſtitutis per eadē vſtigia recurrit oratio, ac de  
ſingulis fuſijs & accuratijs diſputat. Hoc docē-  
di genus velut ad profectū maxime accommo-  
dum praeter Aristotelē , alijs cōplures eruditij ſe-  
quuntur ſunt, nō ethnici modo, verū etiam inter o-  
thodoxos præcipui. Iam num quæſo meum ex-  
emplum eſt in tradenda veritate meminiſſe opi-  
nionum quæ à veritate aberrarunt? & hæreſeon  
quibus initio vexata fuit ecclesia? Vtrum hoc eſt  
veritatē obruere, an illustrare potius & cōfirma-  
re, & auditorū animos præmunire? Si hic pro-  
duxero Aristotelē , cui hoc perpetuum eſt, variaſ  
opiniones proponere ac refellere, aut Quintilia-  
num, qui vehementer ad eloquentiam cōducere  
putat, vt præceptor in oratorū ſcriptis, non tan-  
tum ostendat quæ recte dicta ſunt, verum etiam  
quæ perperam: clamabit ethnici, ethnici. Sed  
quid dicet de ſacris ecclesiæ doctoribus, quorum  
nullus nō idem facit, ſiue priscos impicias, ſiue re-  
centiores. Num D. Augustinus Catechumenos  
erudičs , ſilet de varijs hæreticorū blaſphemijſ?  
An non

## ADVERSVS EPIST. LVT.

An non idem facit beatus Thomas Aquinas, & Joānes Gerson in suis symbolis : Quod si periculum est, ne quis resiliat à religione Christiana, si cognitum fuerit ecclesiam varijs hereticorum erroribus fuisse vexatam, perniciosa operam sumpserunt, apud Græcos sanctus Epiphanius & Philaster, apud Latinos Augustinus catalogū omnīū hæresēon orbi proponentes. Quanq̄ quis est omnino seu veterum seu recentium doctōrū, cuius libri non vndiq̄ scateant hæreſeon & hæreticorum mentiones Dico Athanasium, Basilium Chrysostomum, Cyrillum, Ioannem Damascenum, & ex Latinis Cyprianum, Ambrosiū, Hieronymum, Augustinum. Ab horum libris essent submouendi iuuenes, ne offensi resiliant à religione Christiana tanq̄ à peste. Atqui sanctissimi simul & eruditissimi viri iudicarunt hoc ad Christi ecclesięq̄ gloriam ac stabilitatē in primis pertinere, si mūdus sciret inter quos turbines ac procellas huc usq; constiterit iniuncta veritas, nimirū protectore Christo. Verum facio rudē catechumenum ista proponentem. Scilicet fingo personas, quo disputatio sit dilucidior, ac res velut oculis subiiciatur. Nec hoc meum exemplum est. Fecit idem beatus Athanasius, Cyrillus, Hieronymus & Augustinus. Quanq̄ hoc opus non tam scripsi catechumenis q̄ catechistis. Etenim si scripsisse Idiotis, Germanice scripsisse non latine. Nunc enim nulli sunt rudes catechumeni, si modo parētes, susceptores, ac pastores suo fungantur officio. Proponuntur aliquot scrupuli, qui rudem auditorem mouere poterant. Proferuntur sectarum deliramenta, sed à catechista non indiligenter submouentur, verisq; ac validis argumentis reiiciuntur, nec id frigide aut verbis am-

A s biguis

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

biguis, ut quisquam merito dolū suspicari queat, sed verbis dilucidis, viuidoc̄ spiritu, quem agnoscas non ē naribus, sed ē corde proficisci. Proinde manifestæ vanitatis est, quod assumit Luterus, me omisisse solida fundamenta, quum exordiar ā solidissimis Christianæ doctrinæ fundamētis. Falsum, aut si mauult, hyperbolicum est & illud, quod ait me tantum catechumenis obijcere hereses et scandalosas opiniones, quum hæc obiter tantum admisceam. Falsissimum autem, quod addit, me propemodum definire, nihil vñquam fuisse in religione Christiana certi. Imo hoc constanter & studiose ago toto dialogo, ut persuadeam Christianam philosophiam, vnam ac solam esse, quæ sit inuiolatæ certitud inis.

Hoc fundamento non ē ruderibus, sed ē meritis mendacijs congesto, maledicētię structuram imponit, idq; suo more. Solet enim subinde in his veluti locis amoenioribus pascere animum suū, nec interim animaduertit quicquid conuiciorum in me congerit, in probatissimos ecclesię doctores recidere. Et hoc callidum, inquit, consilium nō putat ab ullo homine posse intelligi, quasi nō habeamus in scripturis eiusmodi laruarum diaboli infinita exempla. En Apostolicam eloquentiam. Magis erat mirandum istam diabolicalam suspicionem cuiquam homini venisse in mentem. Atq; huc profertur serpens ē genesi, qui Euam primū in dubitationē flexit, mox precipitauit in exitū. Quomodo vocavit in dubiti? Percōtando: Quur deus præcepit vobis ne vesceremini ex quouis ligno paradisi? Quod si serpente imitatur, quisq; percontatur, ad larvas diaboli pertinent omnes ecclesię doctores, tum prisci, tū neoterici, adhæc omnes theologorum scholæ in quibus non solū propo

## ADVERSVS EPIST. LVT.

proponuntur questio[n]es de negocio fidei , verū etiam argumentis q̄ fieri potest validissimis impugnantur Christianę religionis dogmata . Nec ab illis diatribis arcentur rudes . Circunstant qui volunt . Dicet non rem , sed animum me distinguere à ceteris doctoribus . Illi querunt , vt veritatem non labefactent , sed stabilitat , aduersus impiorum insultus . Quid Erasmus ? Irrepit serpentina calliditate , tentans simplicium animos , vt in paganisimum præcipitet . Hoc animo si fuisset , nihil prius fecisset , q̄ vt in sectarum consortiu[m] me conficerem . Ad perdendum enim religionē Christianam , nulla res accommodator q̄ h[ec] se- etarum licentia , quæ sibi permittunt quoties libuit , sua nouare dogmata , quando id faciunt impune . Sed vnde liquet me hoc animo proponere questionē , vt auditorē vocē in dubiū ? An quia serpentis exemplo , nego verum esse quod in simbolo tradidit ecclesia , quemadmodum ille dixit : Non moriemini . Quod si catechista ad propositā questionem non ambigue non frigide , sed exerte constanter , & assueranter respōdet , quod est doctrinę catholice , vtris sum similior , serpētian probatissimis ecclesię doctoribus : Quid diceret , si induxissem diabolum cum homine disputantē , quemadmodum ipse fecit in sua missa angulari , cui tam valida tribuit argumenta vt fateatur a se non potuisse refelli . Sed nihil retrorqueo , quum iure possim omnia . ac perinde quasi iam persuaserit me nihil de symboli articulis credere , festiu[m] intertexuit dictum , nisi Erasmus & hanc quoq[ue] fabulam esse putet , ne qua sermonis pars vacaret morsu .

Sed quæ tandem sunt istæ serpētinæ questio[n]es in Catechismo meo ? Quur , inqt , tot secte & errores

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

errores in hac vna veritatis, vt creditur, religio-  
ne fuerunt? Quur tam diuersa symbola? Has que-  
stiones ex se fingit Luterus autoritate qua fungit-  
ur. Nihil enim tale quægit catechumenus, sed ca-  
techista facit, quod ab omnibus ecclesiæ doctori-  
bus & factum est olim, & hodie fit, proponit  
inflexibilem fidei regulâ, at obiter ostendit, quot  
modis ab hac deriuarint, philosophorum & hæ-  
reticorum ingenia. Sed ita ostendit, vt detestetur  
Festuum vero, quod de suo addit, vt creditur,  
quasi dubitem an vera sit hæc fidei regula. Hoc  
scilicet non est artificium serpentis, sed sancti spi-  
ritus oraculū, qui per os Martini loquitur. Eius-  
dem synceritatis est, quod has questiones ea spe-  
cie configit, quasi catechumenus miretur eam  
religionem posse veram esse, in qua tot fuerint er-  
rores, & de qua tam varia extent symbola. Nus-  
quā ita loquor in religione Christiana fuisse hæ-  
refes, sed eam aio varijs philosophorum errori-  
bus fuisse exercitâ, sed haec tenus persistisse in sua  
inuincibili synceritate. Hoc ipsum Augustinus  
cum cæteris orthodoxis commemorat ad probâ  
dum solam fidei veritatem diuinitus datam, esse  
inexpugnabilem. Et Erasmus idem commemo-  
rans, vniuersam ecclesiæ doctrinam vocat in du-  
bium, & persuadere nititur eam nihil aliud esse  
q̄ fabulâ. Si periculū est scire, multa eis symbola  
quur præter symbolum Apostolorum, in tēplis  
publice recitantur & canuntur symbola Athana-  
sij & Nicenū? Quur inter opera beati Hierony-  
mi tot feruntur symbola diuersis titulis? Si dixis-  
sem symbola inter se pugnare præsertim que nos-  
bis synodorum autoritate tradita sunt, causari po-  
terat vtcunq; me infirmis aliquem inieclisse scrupu-  
lum. Nunc quum ostendam, in breuissimo il-  
lo sym-

## ADVERSVS EPIST. LVTERI.

Io symbolo quod Apostolorum dicitur, nihil de esse, nec in alijs quicquam redundare, sed quod in illo strictim est comprehēsum, in his fusiis expressiusq; declarari, idq; factum esse aduersus hæreses subinde pullulātes: obsecro quid noui feci? An non omnes qui tractarunt hoc argumentum conferunt symbola cum symbolis, indicātes quæ sint in alijs dicta expressius? Ut laudatissimum docendi genus est, ex collatione locorum diuīng scripturæ sensum rimari, ita laudādisunt, qui primi symboli breuiloquentiam aliorum symbolorum collatione explanant.

Sed profertur alia horribilis questio, quur in symbolo Apostolorum pater appelletur deus, filius dominus, spiritus, sanctus. Addit epiphōne ma tragicum. Quis rogo sollicitat his quæstionibus rudes animas, quas erudiendas suscepit, nisi ipse diabolus? Sentit opinor de eo diabolo qui olim tam validis machinis impetijt animum ipsius de missa. Verum non cogitat quod catechista prius catechumenum diligēter edocuerit, patrem, filium & spiritum esse unum deum, nec viam in natura esse differentiam, ut quæ prorsus una sit atq; eadem numero in tribus personis. Admonuit & illud, in prisco symbolo non repeti, credo in spiritum sanctum, quo magis dei nō mē ex æquo pertineat ad omnes personas, vt ita pronunciemus, Credo in deum, atq; hic respiratiuncula interposita, sequatur, patrem omnipotētem, & in Iesum, & in spiritum sanctum. Itaq; subiecta personarū distinctio velut explicat nō mē dei, quod oēs personas cōpletebitur. Catechumenus igitur edocitus de mysterio trinitatis, tantum querit de consuetudine scripturarū, propter eos, qui sermonis distinctionē, quā indicarā forte

non

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

non reciperent. Proinde ne qui coniunctim legē dum putant, Credo in deum patrem, cum Iudæis & Arianis suspicarentur dei nomen in solum patrem competere, submoueo scrupulum ostensa scripturarum cōsuetudine: de qua post incident dicendi locus. An sic docet diabolus? Et an tuus est, qui totum sacræ triadis mysterium edidit, & credit?

Verum intrudescit tragœdia. Quis inquit, auctor sic loqui de symbolo fidei: habes huius salutiferae fabulæ, protaslin, epitaslin & catastrophen, nisi ipsum os & organum satanæ. Ut hic nihil crepat nisi satanas, diabolos, larvas, lamias, megras aliasq; voces plusquam tragicas. Fortassis ex abundantia cordis os loquitur, certe hec esse solent venturæ insanæ presagia. Quum symboli personas exposuit letat catechista, patrem, conditorem, filium redemptorem, spiritum sanctum conciliatorem, & ecclesiam mysticum Christi corpus, dein ordine initium, progressum & consummationem ecclesiæ commonistrasset, addit, habes huius salutiferae fabulæ protaslin, epitaslin & catastrophen, habes actus oculi et scenas, cœlestis illius choragi ineffabili dispensatione digestas. Quæ verba Luterus trûcati retulit, & in his quæ retulit aliquod addidit, aliquod detrahens, aliquod immutans. Addidit enim ecce cum stomacho videlicet, detraxit pronomen huius, quo videar de quauis fabula loqui, & prosa iutifer posuit, salubris. At qui quum summâ redemptionis exposuisset, ideo addidi huius, ne de quauis fabula posset intelligi, addidi salutiferae ne quis imaginaretur esse aliquid simile poetaru fabulis. Deniq; ne obscurum esset, meum sermonem esse metaphoricum, adieci, habes actus omnes &c. Quæ verba Luterus suo pretermisit artificio.

## ADVERSVS EPIST. LVTERI.

ficio. Sed offendunt prophane voces ad res diuinæ  
nas accōmodatæ. Quasi similibus tropis nō sca-  
teant & diuinorum voluminum, & orthodoxo-  
rum literæ. Deus comparatur fœneratori, Chri-  
sti posterior aduentus comparatur furi nocturno,  
Euangelij præcones cōparatur infidelis pē-  
satori. Ineffabilis copula diuinæ naturæ cum hu-  
mana in Christo, item Christi cum ecclesia com-  
paratur connubio sponsi & sponsæ. Æternæ vi-  
tae præmiū appellatur brabēū, quod verbū ē cir-  
co translatū est, appellatur stipendium, quę vox  
castrensis est. Paulus luctā cū carne pugilum ver-  
bis exprimit. Studium perfectæ pietatis confert  
in stadio currentibus. Sed quid est tam propha-  
num, vnde Paulus nō mutuetur voces translati-  
cias, quo significantius exprimat qđ sentit, à cer-  
taminibus publicis, à theatris, à militia, à trium-  
phis ethniconū, & ego dico os satanę quod vñā  
metaphoram, quę videbatur appositissima ad ex-  
primendū quod sentiebā, accōmodarim ad r̄em  
sacram. Fabula Gr̄ecis ἀργούμα dicitur argumētū  
cōstās ex varijs p̄sonis, quarū vnaquęq; suis fun-  
gitur partib. tota actione sic ordine digesta, vt  
satis tranquillo exordio incrudescat, ac tandem in  
lētū finē exeat. Patri tacite metaphora similem  
chorago facit, qui torius dispensationis est autor.  
Filius assumpta carnis infirmitate diuinam natu-  
ram dissimulans venit quodāmodo personatus,  
absit inuidia dicto. Spiritus sanctius moderatur  
ecclesiam, donec in resurrectione iustorum deus  
omnem lachrymam abstergat ab oculis sanctio-  
rum. Homo bene conditus, veluti protasis est,  
crux epitasis, resurrectio catastrophe. Dicet, ista  
non intelligunt Idiotæ. Nec idiotis scripsi,  
quod tota species argumenti satis declarat, nec  
ista

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

ista quisquam posset germanice aut gallice verte  
re. Verum anceps est verbum fabula. Est si nihil  
addas. Significat enim interdum fictam narratio  
nem, interdum veram ac familiarem, veluti cū di  
cimus literatas fabulas, nonnunq; vt ante dixi ar  
gumentum constas diuersarum actione persona  
rum. Ceterum hoc ā me curatum est, ne cui pos  
sit esse ambiguum. At est verbum prophanum.  
Prophanus verbū est θυκτεύω, quo tamen Pau  
lus rem non prophanam expressit. Nonne audi  
mus in laudem virginis matris cani publicitus  
in templis: Ante thorum huius virginis frequen  
tate nobis dulcia cantica dramatis. Et tamen idē  
vocabulum dramatis legimus in vestibulis fabu  
larum Aristophanis, quae non prophanæ modo  
sunt, verum etiam magna ex parte obscenæ. An  
ideo nullum est offendiculum quia Græcam vo  
cem, drama pauciores intelligunt q; latinam, fa  
bula? Adde quod hic nullę voces adduntur, que  
vel submoueant ambiguatem, vel aperiant me  
taphorā, quod vtrūq; ā me factum est diligēter.

Hic transilio conuiciorum viridarum, in quo  
suauiter pascit animum illum nulla maledicentia  
saturabilem. Obijcitur alius locus ex argumento  
in paraphrasim epistolæ ad Romanos, vbi, quæ  
admodum ait, Paulū sic laudo & extollo, vt nul  
la rhetorica simplex & imprudens lector queat  
potentius auocari & retundi à legendō & discē  
do Paulo, adeo confusum, impeditum, pugnatē  
sibi, varium, horridū pingit, vt eam epistolā cre  
dere cogat esse alicuius hominis furiosi, tantum  
ahest vt utilis esse videatur. Sic ille. Quæ quū scri  
bit, videretur sibi mire δέινος. Verū hæc δέινωσις,  
sobrijs videtur esse mera insanía. Ipse vocabit hy  
perbolæ, sed hæ hyperbolæ mera sunt menda  
gia.

## ADVERSVS EPIST. LVTERI.

cia. Siquidem in eo argumento, quum multa disseruisse de utilitate eius epistolæ, cui non sine causa principem locum dedit ecclesiæ consensus, ostendo & difficultatem, partim ut excite lectoris attentionem, partim ut declarem mihi in hoc argumento, quod fortassis operç leuior is videtur, haud mediocriter sudatum esse. Difficultatis autem tres adfero causas, quarū prima est dictio-  
nis incommoditas ob hyperbata, anātapodata,  
& hebraismum. Secunda est rerum quas tractat  
sublimitas, quę vix ullis verbis humanis possent  
explicari. Tertia, est crebra personarum mutatio,  
quod Apostolus inter differēdum nunc hos nūc  
illos respicit, & ipse decendi gratia varias perso-  
nas in se recipit. Nec quicquam hic dico quod  
non ex priscis hauserim doctoribus præsertim  
Origene. Verum in meo sermone nusquam est ille,  
confusus, impeditus, pugnans secum, varius  
& horridus, & furioso similis, sed ista verborū  
portenta nobis gignit Luteri generosus stoma-  
chus. Quem hoc vrit, quod aulus sim difficulta-  
tis meminisse, quum ipsius dogma sit in scriptura  
nihil esse difficultatis, sed omnia exposita atq; ob  
via, tātum si quis norit grammaticam, nec careat  
sensu cōmuni. Atqui par erat ut hic mihi se præ-  
beret aequiorem, qui hoc argumentum scripsi,  
priusquam ipse sua mundo prodidisset oracula. Si  
errauit, simpliciter errauit, sequutus magni nomi-  
nis autores, Origenem quem illuc cito nomina-  
tim, Hieronymum, qui præfans in epistolam ad  
Ephesios testatur eam magnis difficultatibus ac  
profundis questionibus inuolutam esse. Quāob  
rem? an ut deterreat à legendo? imò ut acuat le-  
ctoris intentionem, suumq; commendet studiū.

B Sed

## D. ERAS. ROT. PURGATIO

Sed quis est aut fuit vñquam , qui scripsit in epistolas Pauli , quin subinde luctetur in locorū difficultatibus ? Verum vt cīnes isti fuerint talpæ , certe meus error veniam merebatur , cui præbuit anſam ille diuinitus afflatus Apostolorum princeps Petrus , qui fatetur à Paulo quādam scripta difficultia intellectu . Vtri potius habenda fides , Petro qui profitetur difficultatem , an Martino q̄ negat quicquam esse obscuritatis ?

Pergit ille , & inter ceteros inquit , morsus planē Sycophanticos illud non potuit saluo iecore retinere , quod Petrus Christum appellet virū , deum taceat . Quid ē an Sycophantæ sunt et Paulum mordent qui fatentur in scriptis illius esse quēdam difficultia ? Papē quām multos habeo huius consortes criminis , & in his Apostolum Petrum . Quin ipse potius mea verba profert sycophâtice , quasi Petrus nusquam Christum appellari deum : hoc est nusquam sic prædicarit , vt ex eius verbis intelligatur Christi diuinitas . Laudo illuc , Pauli œconomiam , quod vt prudens mysteriorum dispensator non vbius promat quilibet , sed apud perfectios loquatur sapientiam in occulto , apud alios nihil norit nisi Iesum Christum , et hunc crucifixum , infirmos alat lacte , adultos solidō cibo , moxq; subrūcio . Hoc cōſilio Petrus apostolus apud rudem concionem verba facturus de Christo , virum eum nominat , deū tacet . Quū aio , hoc cōſilio , declaro similem Petri prudentiam , quum aio , apud rudem concionem , significo illum non tacuisse apud initiatos Christianæ fidei mysterijs . Unicus autem in actis locus est , in quo Petrus Christum appellat virum . Aliquāto post recurrens ad hanc calumniam , sic incansdescit ,

## ADVERSVS EPIST. LVTERI.

descit, ut pronuntiet Erasmus damnandum hæ  
reos, quod scripserit, Petrus appellat virum, de  
um tacerit. Damnentur igitur mecum tot egregia  
ecclesiæ lumina, qui & hunc locum & alios ali-  
quot diligenter annotarunt in diversis libris, quo-  
rum est diuus Chrysostomus in Actorum cap. 2.  
Nec id tacuit Leda Ambrosium ut appetet se-  
quutus, cuius hæc sunt verba in glossa ordinaria:  
Nec tamen autoritate prius cum filium dei no-  
minat, sed virum probatum a deo, virum iustum  
virum a mortuis suscitatum. Subindicat simile  
esse exordium Petri Apostoli Christum annun-  
ciantis in demo Cornelij Centurionis Actoru-  
cap. 10. Rursum in caput eiusdem operis, 17. anno-  
tat quod Paulus apud Athenien. Christum ma-  
gis hominem quam deum nuncupat. Chrysosto-  
mus & illud annotat, quod non exprimit myste-  
rium diuinæ naturæ, sed tantum in genere deum  
appellet, de filio dei & spiritu sancto nulla metio  
Quis maluit Petrus prima illa concione Chri-  
stum nominare virum q̄ deum? Ne Iudæi qui  
patrem tantum nouerant, de filio & spiritu san-  
cto nihil audierant, qui q̄ per legem erant edociti  
vnicum esse deum, resilirent, si audirent hominē  
dici deum, præsertim mortuum, crucifixum et se-  
pultum, sed maluit illos ex ipsis factis paulatim  
in eam ducere cogitationem, ut sentiret in eo ho-  
mine fuisse quiddam maius homine. Gentes au-  
tem quoniam credebat plures esse deos, confir-  
mari potuissent in suo errore si tuibus ac non-  
dum mysterijs capacib. Paulus prædicasset Chris-  
tum deum. Hæc quum a probatissimis ec-  
clesiæ doctoribus diligenter annotentur, idq̄  
in laudem apostolorum, quorum os & linguam

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

moderabatur spiritus sanctius, vnde ego subito  
sum Arianus, qui idem anno quod illi. Sed of-  
fendunt inquit, hęc verba Christianas aures, vt  
posita sunt. Petius Christum virum appellat, de-  
um taceret. Verum sic à Lutero posita sunt non à  
me. Addit, pręsentim in autore suspečto. Hic vix  
risum teneo. Martinus tot iudicij condemnatus  
tot libellis proscissus, tot ictus sui minib⁹ me vo-  
cat autorem suspectum. At quibus fui suspectus?  
Aliquot monachis, qui Lutherum non habent su-  
spectum, sed iudicant heresiarcham omnium qui  
ab orbe condito fuerunt pestilentissimum. Hos  
nunc Christianos appellat, & horum autoritate  
me premit. Quid autem illi sua calumnia sunt as-  
sequuti, nisi quod se doctis ac bonis omnib⁹ pro-  
pinarunt deridendos. Porro quod addit, hęc ver-  
ba vt sonant, & vt posita sunt, Arianis fortiter si-  
gnificare, mihi non placere, Christum deum dici  
sed melius eū appellare virū, si de suis verbis lo-  
quīt, quid ea sonēt quidue significēt, ipse viderit.  
Si de meis vt à me posita sunt, luculentū ac forte  
mendaciū est. Omitto cetera cōuicia, q̄ magis re-  
cidunt in sacros ecclesię doctiores, q̄ in me. Libe-  
tius ad sanctora respondeo. Poterant inquit, hęc  
verba omitti, aut religiosius proponi. Alterum  
ex his haud dubie facturus eram, sive leviter su-  
spicatus fuissim exoritores, qui ad hanc festucā  
impingerent. A Iudeis nihil metuebam. Ariano-  
rum heresim sic raditus existimabam extinctā,  
vt nulla occasione posset repullulascere. Postre-  
mo hoc ipsum quod admoneo veterum exem-  
plar sequutus, vicebatur ad excludendam Ariano-  
rum heresim valere. Siquidem quum adhuc illa  
pestis luxiret in ecclēsia, ob id orthodoxy toties  
admo

## ADVERSVS EPIST. LVTERI.

admonent Christum in scripturis raro dici deū, ut hanc ansam Arianorum fautoribus eriperent. At reddunt causas, quorū supprimatur dei cognomen: Ego idem non facio, verū nō in Luteri verbis, in meis facio. Relegat locum qui velit, & ita eis competeret. Sed hanc causam quam à probatissimis ecclesiæ doctoribus didici Martinus à me fictam confingit. Nec sufficit inquit, fingere, qđ propter vulgus Petrus Christū appellauerit virum. Rursus dēprauat mea verba. Hodie apud vulgus Christianorū Christus exerte vocatur deus & homo, sed illic vnicum locum indicō in actis Apostolorum, in quo Petrus rudi promiscueq; multitudini Christum annunciat. Qui virum inquit, nominat, deum non tacuit, nisi quod non posuit eo loco istas quatuor literas d.e.u.m Id quoniam putat argute dictum repetit, atq; in extremo Mihi inquit, Christum Petrus non tacuit deum, cuius amore tā multa patitur vir apostolicus, atq; has etiam (opīnōr) scribit calūrias. Sed quid opus istis de verbis cauillationibus? Quum ita loquor, virum nominat, deum taceret, quid aliud intelligit sobrius lector, qđ viri cognomen exprimit, dei cognomen non exprimit. Sic & Christus deum tacuit, & Messiam ad tempus predicari vetuit. Nusquam enim Christus sese deum nominavit. Et hoc erat ad persuadendum effaciens, ut factis potius quām usurpatione nominis sese declararet deum. Quod si deum nō taceret quisquis ea tradit de Christo, quę declarat in homine latere deum, nusquam dixi sic taceret deum: sed illas quatuor literas quas irridet Martinus, ad tempus superflua sūndūcō. Et erat ad certam persuasionem efficax ratio, ut prius hominem discesseremus

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

remus, ac deinde per gradus deduceremur in cognitionem naturę diuinę. Hanc persuadendi viam ipse dominus nobis ostēdit, Apostoli sunt imitati, doctores ecclesię collaudarunt. Vbi vero seuere exigo istas quatuor literas D.E.V.M? An ille exigit, qui aduersus Arianos admonet in Apostolorum literis Christum frequentius appellari dominum, quam deum, & causam quorū fiat indicat, ingenue testificans & domini nōmen competere in patrem, & dei nomen in filium, quum uterque idem sit deus ac dominus. Hoc quum toties admoneant veteres, pietatis laudē auferunt, Erasmus interprete Lutero insidias struit imperitis & suspectam reddit Christianam religionem. Demiror si Martinus febri caruit quum hæc delirantia inauspicatis illinet chartis.

Intenditur paroxysmus & in odium mei laudatur Pius Carpensis. Atqui quum locum illum monachi quidam Hispanenses truncatim nec intellectum obiecissent, turpiter errantes, ad eundem lapidem impedit Pius, qui mea non legerat, sed ē schedis per conductos aliquot iusvenes annotatis struxit suas calumnias. Et nunc ad eundem lapidem impingit Martinus. Ostenso enim illic, priscos fuisse religiosiores ac timidiiores in loquendo de rebus diuinis quam nos sumus, quum eas animo vitaq; religiosius venerateur, quam nos facimus. Huic sententię subiectio exemplum, Audemus inquam spiritum sanctum appellare deum, quod veteres ausi non sunt, sed idem non veremur illum subinde nostris sceleribus ex animi nostri templo deturbare, perinde quasi crederemus spiritum san-

## ADVERSVS EPIST. LVTERI.

sanctum nihil aliud esse quam inane nomen &c. Non damno quod nos audemus spiritum sanctum appellare deum, sed quod cum cognitione ac profitendi fiducia non simul acreuerit pie tas vitae. Et hic est locus quem si quis legat, obseruari iubet diabolum incarnatum. Ceterum ne lectorem morer superiacaneis, legat eum locum quo monachorum Hispaniensium & Pj. calumnias de triade refello, & fatebitur Luterum, non dicam diabolum incarnatum, furientium istae voces sunt, sed hominem odio lymphatum.

Pergit nihil minus inquit valde serio confitetur triadem, & nihil minus fecisse videri vult, quam negasse trinitatem diuinitatis. Quid ais hominum petulantissime, an Erasmus usquam negauit trinitatem diuinitatis, quam plus sexcentis locis in meis scriptis profiteor ac tueor: Recitabo, licet nause plena, quæ sequuntur, ut lector perspiciat hominem mentis non sobrię loqui. Ni si quod inquit curiositatem recentiorum (quam postea pro diligentia commode interpretari exi get) narrat multa ex scripturis accepisse, & ausos esse quæ veteres non essent ausi, quasi hominum autoritate nitatur religio Christiana (hoc enim intendit persuadere) hoc est aliud nihil, quam pro fabulis haberi universas religiones. Sic ille παραφρονεῖ. In prefatione in Hilarium exactiore in scripturis diligentiam, voco curiositatem, sed addo piam. Sic habet locus: Etiamsi post orthodoxorū pia curiositas idoneis argumentis cōperit ē sacrī literis, in spiritu in sanctū cōpetere, quicqđ filio tribuebatur, excepta personarū proprieate. Ac paulo post. Quod nobis inquā ē diuinitas

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

I literis, patrum orthodoxorum tradidit autoritas  
An absurde loquitur, qui piam orthodoxyū cu-  
riositatem, interpretatur exactiorem diligentia?  
Quid quod pro idoneis argumentis comperit:  
iste deprauat, accepisse & ausos esse. Mox ē suis  
deprauatis, pronunciat mihi hoc esse studio, vt  
persuadeam religionem Christianam niti autori-  
tate hominum, quod nihil aliud sit quam hoc age-  
re, vt vniuersae religiones pro fabulis habeantur  
Quas vniuersas religiones appellet nescio, nisi  
forte sentit de lege Mosaica & Euangeliō. Equi-  
dem hactenus arbitratus sum vnicam esse religi-  
onem. An qui habent sensus exercitatos quod  
ex sacris literis colligunt docentq; imperitiores,  
nihil aliud est quam fabula? Sed Martinus nihil  
admittit nisi nudam & meram scripturam. Sed  
vnde nobis tam multa eruit ē scripturis, que tot  
seculis ignorauit ecclesia, quum scriptura semper  
fuerit eadem? An negabit illos Papiam loquor,  
Ignatium, Ireneum, Origenem & horum simi-  
les ē scripturis parum attente consideratis aut ig-  
norasse quedam que nos scimus, aut errores ali-  
quos hauiisse, quos nos improbamus, aut dubia-  
tare de quibusdam, de quibus nūc dubitare phas  
non est? Quot seculis ecclesia presertim Grēco-  
rum professa est spiritum sanctum à patre proce-  
dere, nec causa est addere filium? At nos libere  
profitemur, spiritum ab utroq; prodire, nec tan-  
tem patrem & filium hic esse duo præcipua sed  
vnicum. Prisci credebant duplēcē esse re-  
surrectionem, animarum & corporum. Nos  
credimus animas simul vt emicuerint ē corpo-  
ribus, aut esse in gloria, aut esse in cruciatu.  
Huius generis alia sunt innumera, quod om-

nes

## ADVERSVS EPIST. LVTERI.

nes Theologorum scholæ fatentur . Quibus autem debemus quod pro certis habere coepit ecclesia , de quibus prius ambigebatur e' an non viris ingenio feliciore præditis , & in scrutatis scripturæ arcanis diligentioribus . An ob id protinus vniuersæ religiones habentur pro fabulis ? Cui non oboriantur vomitus ad ista tam delirata ? Cum absente loquitur , ait minus , cum ebrio qui litigat . Sed longe perniciosior est philautiae & odij temulentia quam vini . Neque quicquam ad ista furiosa responderem ita me deus iuuet , nisi me moueret infirmorum scandalum .

Pius Carpensis , quum Luterum tot locis in simulat hæreseos & appellat insanum , nihil est . At idem quum ex verbis truncatim ac perperā ad ipsum delatis , atque ob id non intellectis meis simulat erroris Ariani , recte iudicat , ac vir est sanus & acutus . Nec tantum clamo calumnia , & lumenia sycophanta sycophâta , sed crassis & eius dentibus argumentis retundo calumnias . Inauditam superbiam appellat , quod atrocem ac manifestariam calumniam à me depulerim . nec habeo omnes pro stipitibus ac truncis , sed truncis omnibus præfero homines furiose calumniosos . Ego , inquit , Erasmo non credam etiam si apertis verbis confiteatur Christum esse deum , sed dicam illud Chrysippi sophisma : Si mentiris , etiā quod verum dicas , mentiris . Si Chrysippus tale sophisma proposuit , profecto nō erat sobrius & egebat elleboro . Martinus fortasse somniat de syllogismo , quem Græci φεοθόμενη appellat . Cretenses semper mendaces , dixit Epimenides Cretensis &c . Ac perinde loquitur Martinus , quasi hactenus nusquam in libris meis Christū

B 5 aut sp̄

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO.

aut spiritū sanctū appellarim deum, quū oēs meę  
lucubratioēs hoc dilucide, exerte, ac viuide profi-  
teantur. An ideo toties hæc inculco, vt fallā vni-  
uersos mentiens vera dicēdo ac Daū referens ē  
comœdia. Ipſa febris nō posset loqui febrilius.

Et quia desinere nescit, vbi semel cœpit, arro-  
dit illud verbū audemus, q̄ eo sim usus in bonā  
partē, quū hoc toties legat apud Paulū, pro fidu-  
cia. Velut Rom. x. Elatas autē audet & dicit. Itē  
Ephesios. vj. vt in ipso audeā prout oportet me  
loqui. Deniq̄ tot seculis in mis̄a canit ecclesia co-  
ram populo, & pro populo: Diuina institutione  
formati audemus dicere, Pater noster &c. Proin  
de audendi verbum nō torquet Erasmus, sed Lu-  
terus nihil non torquet ad calumniam.

Nondū se remisit paroxyismus. Manifestū in  
quit, mendacīū est, veteres non ausos esse spiritū  
sanctū appellare deum, nisi veteres pro sua pul-  
chra figura intelligat Democritū aut Epicurum,  
aut deū intelligat materialiter, id est, istas quatuor  
literas, D. E. V. M. Cōscinne verò hic memi-  
nit Democriti & Epicuri, quū agat de diuinitate  
spiritus sancti. Si Martinus fatetur fuisse priscos  
aliquot, q̄ has quatuor literas religioso quodam  
tremore nō audebat tribuere spiritui sancto, me-  
cum facit. Neq; enim ego aliud dixi, q̄ priscos ali-  
quot tā fuisse religiosos in pronūciando de rebus  
diuinis, vt à vocabulis abstineret, quae nō expres-  
se haberētur in sacris voluminibus, donec ecclē-  
siae autoritas ē diuinis literis persuaderet piū esse  
sermonē. Quod si cōtendit hoc esse falsum, ape-  
riat nobis causam, quur in vetusto symbolo, qđ  
in mis̄a canitur, filius appetetur deus de deo, de  
us verus de deo vero. Spiritū multa tribuantur  
ex quibus eidēter colligas illius diuinitatē, dei  
cognos-

## ADVERSUS EPIST. LVTERI.

cognomen aperte nō tribuat. Aut expeditat nō  
bis, quare beatus Hilarius in tot voluminibus in  
quibus tractat de trinitate, quum tot locis afferat  
Christo dei vocabulū, tot locis religiose profitea  
tur, quid credat de spiritu sancto, nusquā aperte  
tribuat illi cognomen dei, hoc est, illas quatuor  
literas, in quas ludit Martinus. Quid in causa?  
An parum magnifice sentiebat de spiritu sancto?  
Nō arbitror. Sed religione quadā expectabat eū  
didentem ecclesiae autoritatē, quibus verbis de spi  
ritu profiteri oporteret. Olim enim qui nō aude  
bant Christū appellare verū deum, h̄dem multo  
minus audebant tribuere spiritui sancto.

Hic nobis proferit homosios et ingenitus. Ab  
homosī verbo nō Ariani tantū, sed & orthodo  
xi qdā putabāt abstinentē, nec alia ob causam, nō  
si q̄ ea vox, hoc est quatuor illæ syllabæ, in sacris  
l̄ris nusq̄ inuenirent, atq; adeo ne in prisoriū q̄  
dē literis, quū tñ de eadē patris ac filij natura ca  
tholice sentirēt. Sed horū religiosus metus cessit  
autoritatī synodorū: attū post q̄s ausus est, p̄fite  
ris pūm sanctū patri homosio esse, quū pariter ea  
dē sit trū natura? Evidē nihil aliud arbitror in  
causa fuisse, nisi religiosum metū loquēdi de reb⁹  
diuinis. Necq; enī filius magis est oīousiōs patri,  
q̄ spūs sc̄tū vtriq;. Ariani religiosi videri potes  
tāt, nisi de re disensissent à catholicis. A γέντος  
semp ambiguū & insidiosum verbū merito fuit  
suspectū, tandem & reiectū. Quis eā nūc innascibl  
lis cognomē ceu propriū tribuit p̄fī? Si ḡγέντος  
sonat idē quod non natus, nec spiritus nascit, sed  
procedit. Si ḡγέντος dicitur qui nunquā cœpit  
esse, nomen est oīibus personis ex æquo cōmune  
Omitto quod hic Arianos patres meos appellat,  
quasi iam suis cōtumeliosis deliramētis docuerit  
me sen

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO.

me sentire cum Arianis. Cuius sanitatis & illud est, quod ait me hoc malitiosi versutia significare nimis nihil esse, nisi quod iste quatuor literæ, D. E. V. S., non ponuntur omni loco ubi ego possem exigere. arbitror Orestem olim dixisse sanctora etiā extra lucida interualla.

Verum ne persequeat omnia, perinde quasi iam liquido docuerit me proflus Ariam esse, nec admissorum ut Christus dicatur verus deus, nisi haec duæ voces, verus deus exprimantur in scriptis literis, nec ullo pacto pulsus ut spiritus sanctus dicatur deus, nisi his quatuor literis appelletur in scriptura Canonica, fictitijs comparationibus rem expolire conatur. Sic posset, inquit, dia bolus ad Christum ipsum dicere, etiam si vera dictas, tamen quia nō dicis talibus verbis qualibus ego velim, nihil dicis. Velim autem nullis verbis dici, Sicut Marcolphus suspendi voluit ab auro a se electi, nullam tamen voluit eligere. Hoc genus facetijs tuetur gloriam Christi, qui solus nouit de rebus fidei verbis proprijs loqui. Num haec tamē delira videntur esse mentis sobriæ Mirum vero quod libenter inducat personam diabolū. Et tamen profitetur se super his plura dictis, si dominus ocium & spatiū vitæ dederit. Statuit enim post se relinquere testimonium de Erasmo fidele & certum, cuius hoc specimen & gustum esse voluit. Horrendum profecto iudicium hominis, quod se profitetur & angelos & mundum iudicare. At si suum testimonium velit habere pondus, præbibendum est veratrum, ut sanctora scribat quod hæc sunt. Quid quod interim Luterus sui videtur oblitus, ipsius enim dogma est, nihil asserendum, quod non sit expressum in Canonice

## ADVERSUS EPIST. LTVERI.

monicis literis. Nam ipse fateatur me in multis aetate  
quiescere iudicio ecclesiae. Hic igitur pugnat cum  
suo ipsius dogmate.

Poterat hic desinere, sed ingreditur campum  
declamandi aduersus voces ambiguas, quas pu-  
tat fugiendas non tanquam scopulum, ut ille dis-  
cebat, sed quod est τραγικώτερον, tanquam dia-  
bolum. Quasi sacri libri, cumque his orthodoxorum  
monumenta non sint plena verbis ambiguis. &  
Quod si ambiguum est, quicquid translatitium  
est, nulla sunt humana verba, quibus proprie-  
tatem de rebus divinis. Non iam loquerer de ty-  
pis quibus omnia tribuitur deo, dum dicitur leo,  
lapis, agnus, vitis etc, sed quoniam illi tribuitur odii,  
amor, ira, furor, pornitentia, misericordia.

Verum illud horribilis est blasphemiae, quod  
in epistola quadam ut ait, appello coitum dei cum  
virgine. Non indicat quae sit epistola, quum innu-  
meras emiserim, tamen illud ausim deferare, ea  
verba nusquam esse in epistolis meis, nec usquam  
in scriptis meis: aut si sunt, multo aliter posita, q[ui]o  
refert Luterus. Quid enim ille citat bona fide,  
posteaquam semel induxit animum calumniari?  
Hic miris modis exaggerat coitum esse verbum  
abominandæ obscenitatis. Stuprum significat  
coitum illicitum, & tamen est verbum verecum-  
dum, quemadmodum & incestus. Cognoscere  
mulierem verecunde dicitur, futuere (sit honor  
autibus) obscene dicitur: ita cacare verbum est  
inverecundum, exonerare aluum verecundum,  
quum metere non sit obscenum. Quum igitur  
non omnis vox, quae rem turpem declarat sit ob-  
scene, ut incestus, nec quae significat rem aut  
actionem, quae licet reuera turpis non sit, tamen  
pudore

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

pudore quodam humano tegenda est , supereft,  
vt vſus hominum distinguat verbum obſcenū  
a verecundo : veluti ſi quis apud Brabantos lin-  
guā vulgata nuptias dicat aut amari, obſcene lo-  
queretur . At vſus popularis varius eſt, cuius ta-  
men fateor habendam rationem ei qui loquitur  
populo . At qui ſcribit eruditis, non tenetur hac  
ſuperſtitio, cui phas eſt, quibuslibet vti verbis  
quae reperiuntur vel in ſcripturis Canoniciſ, vel  
in probatiſ & caſtiſ autorib⁹, modo ſint accē-  
moda ad exprimendum quod intelligi volumus  
Alioqui vulua apud muſtos ineptos eſt verbum  
obſcenum , & tamen hoc auditur in templis,  
nee Diuus Ambroſius hiſ verbis loqui veritus  
eſt de C H R I S T O & matre eius. Hic eſt q  
ſolus aperuit matris ſue vuluam vt immaculatus  
exiret . Nec eruditos hodie terret inepteſu con-  
ſuetudo quo minus huiusmodi verbis vtantur.  
Coeundi autem verbum non eſt proprium ad  
congregum maris & foeminæ , ſed verecundia  
cauta huic translatum eſt , quemadmodum con-  
gredi & conuenire , quo Matthæus vtitur οὐ  
νελθάμ. Concubitus propius exprimit carna-  
lem copulam maris & foeminæ , & tamen hoc  
verbo vtitur ecclesia catholica recitans Paulum  
loquentem de Isaac & Rebecca , Ex uno con-  
cubitu habens. Dupliſi autem nomine verecun-  
dius eſt nomen coitus, tum quia verecūde trans-  
latum . Nam interdum translata proprijs ſunt  
obſceniora : tum quia frequentiſime in caſtos  
vſus vſurpatum . Veluti quum dicimus . Male  
ſarta gratia nequicquam coit. Item prima coitio  
acerrima eſt, & coita foedera. Cōcubitus autem  
tantū ad declarandū cōgressum maris & foemi-

## ADVERSUS EPIST. LVTERI.

na usurpatur, unde vni Cœvocatio talia nomina sunt apud Græcos, qualia apud Latinos sunt coitum & coitus. Sed apud eosdem Livii & Cicero eiusmodi sunt, cuiusmodi apud nos, quod coitus & inutus nemino, futuere. Ab his que per se obscena sunt, in totum est abstinendum, nec talia reperiuntur in sacris literis. Huius generis nec coitus est nec concubitus, quæ frequenter ob via sunt & in diuinis & in sanctis patrum voluminibus. De concubitu viderint alij, certe talibus verbis quale est coitus & coire, putophas esse per metaphoram abuti. Si quis ad hunc loquatur modū, inter Mariam & Joseph nunquam intercessisse coitum, opinor verecunde loquutus rum. At qui verbum per se obscenum, etiam in rea mouendo obscenum est. Quod si coire verbum esset tam obscenum, q̄ hic vult videri Luterus, non eoues repeteretur in veteris testamenti voluminibus. Et si quod verbum sit prophanius, aut minus verecundum, id solet alijs verbis affectis mitigari: quod quum à me nusquam non fiat, tamen iste rixator dissimulat, & tantum tria illa verba, quæ iam ipsius sunt non mea, repetit, inculcat, & exaggerat, deus coit cum virgine. Atq; hoc fundamento iacto, expatiatur in male dicentia campum: Sic deum coisse cum virgine, quemadmodum cum Semele Iuppiter, aut cum Rhea Mars concubuit, sermo est plane impius & blasphemus. Verū hic Luteri est, nō Erasmi. Et si illi tam esset cordi sermonis castitas de rebus mysticis, nunquā ea verba per villam occasionem pronūciasset. Mirum est autē eum nō addidisse de incubonibus, qui dicunt inire foeminas Pie ac verecunde dictū est, ab orthodoxis: deum patrem

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

patrem denuo filium suum genuisse ex Maria virgine, quam ut sponsam deus adamauit, inter deum & virginem internuncium ac veluti paranimphum fuisse Gabrielem Angelum, qui virginis assensum exciperet, sine quo non est legitimum coniugium: quo excepto virtus altissimi, velut arcano complexu virginem obumbrarit, ac per spiritum sanctum, qui seminis vice fuerit, cœlesti partu grauidam fecerit, qui utriusque parentis naturam referret, diuinam patris, humanam matris. Hæc inquam non solum pie dicuntur de incarnatione Christi, veruetiam cōsentanea sunt, ijs quæ commemorat beatus Lucas. Nunc Lutero homini Christiano omnia sunt obscenæ, spousus, sponsa, pronubus, semen, actus. Sed quibus verbis Paulus de Christo & ecclesia loquens habentius utitur, q[uod] sponsi & sponsæ? Et Iohannes Baptista: Qui habet inquit sponsam, sponsus est. Atq[ue] ipse etiam dominus: Non possunt filij sponsi ieunare &c. Nec verentij doctores, nuptias in quibus dominus aquam vertit in vinum, de Christo & ecclesia interpretari. Iam si Graeci Gabrielem verecunde & pie vocant paranimphum, quur ego videor obscenus, qui eum appellolo latine pronubum? Quin & sponsaliorum meminit Graecus quidam, cuius verba recitatur in catena aurea. An pronubus quoq[ue] verbū obscenum est? An nō Iohannes Damascenus cuius verba referuntur in sententijs Theologicis lib. 3 distinctione 3. docet spiritum sanctum superuenisse in virginem, qui eam sacri conceptus cōponet redderet. An nō idem explanatius dicit Ambrosius: Nō enim inquit, virilis coitus vulvæ vaginalis secreta referauit, sed immaculatum semē inuio

## ADVER SVS EPIST. LVTERI.

Inuiolabili vtero sp̄ritus sanctus infudit. An nō ex hymno Prudentiano caste canit chorus Ecclesiasticus: Non ex virili semine, sed mystico spiramine &c. Quid quod Thomas Aquinas enarrās epistolæ ad Rom. cap. 5. loquitur hunc in modū: In generatione, inquit, Christi fuit corpulenta substantia quā traxit de virgine, loco autē rationis seminalis fuit virtus activa sp̄ritus sancti. Possem ex autoribus innumera huius generis exempla colligere. Hi omnes christiane loquuntur sunt, solus Erasmus Epicurus loquitur blasphemias, non ferendas, quia scripsit in incarnatione Christi fuisse quoddam mysticum cōiugium & sacrum complexum inter deum patrem & virginem, quem iste depravat in fabulosum ac adulterinum cōcubitum Iouis & Semeles, Martis & Rhei. Fatetur me christiane interpretari quod scripsi, sed inquit, quur non est locutus ad formā Christianam? Imo quur ipse mea dicta depravat in formam obscenam? Interdū aperte mentiēs. Quod genus illud de quo mox dicemus. Me scripsisse Ioannem Euangelistā crepare meros mundos. Offendit, inquit, nos Christianos. Ac toties hic audimus: nos Christianos, quasi Erasmus cū suis sit Epicurus Ethnicus. Putat ignoscendum si quod verbum per imprudētiā exciderit, sed diuinitatē quandā sibi vindicans, iudicat de animo meo fortiter & confidenter. Sciebam Christianas Luteri aures offendendas, & ob hoc ipsum hoc ita scripsi ut offenderem. Vno in loco paraphraseos in Lucam vniōnem diuinæ naturæ cum humana in unam personā Iesu Christi, vocō coitum, quod duæ naturæ coierint in unā hypostasi, Græci vocant ἑνωσιμ. quoniam autem

C vniō

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

Vnio nec satis latina vox est in eo quidem sensu,  
& si esset, tamen anceps est, quod margaritas ap-  
pellemus vñiones, magis arrisit coitus vocabu-  
lum, quod tamen ipsum mitigo quum addo san-  
ctus. Locus sic habet: Sanctus hic diuinæ natu-  
ræ cum humana coitus, non violabit pudicitiam  
tuam sed consecrabit. Mox veteres orthodoxos  
sequutus, explano similitudinem coniugij mysti-  
ci inter deum patrem & virginem, his verbis:  
Decreuit pater cœlestis nouo modo rursus filium  
suum ex te gignere. Nec erit opus ad diuinum  
conceptum vlo viri mortalis semine, sed spiri-  
tus sanctus cœlitus illabetur in te, inq; tuo vtero  
velut in officina cœlesti sacri fœtus opificiū per-  
agetur: ac pro mariti corporali complexu, obum-  
brabit tibi altissimus, sic immensam virtutem su-  
am ad humanæ naturæ modū attemperās, vt cō-  
gressum sustinere possit. Vbi libido intercedit in  
coitu, ibi quod nascitur immundum nascetur, &  
peccato obnoxium. Cæterū quod ex te nascitur,  
quoniam ex sanctissimo cōplexu nascetur altissi-  
mi, quoniam ex opificio sancti spiritus qui sancti  
ficat omnia, quoniam ex purissima virgine, quā  
vnā in hoc deus elegit immunē ab omni labe vi-  
tiorum, mox sanctū erit ut conceptū fuerit, &c.  
In hoc vbi sermone habetur quod obiicit Marti-  
nus, deus coit cum virgine?

Iam nouus orbis ~~10. modē~~ ~~TNG~~ præscribit nos  
bis leges, verbum ambiguum nō secus ac diabo-  
lum & mortem esse vitandum, & si quod excide-  
rit in peiore partē accipiendum esē. Hoc ędi-  
ctum si recipimus, quum sanctus Gregorius di-  
cit: Omnis Christi actio nostra est instructio, in-  
terpretari debemus Christum exercuisse histrio  
nicam

## ADVERSVS EPIST. LVTERI.

nicam, quod actio sit histriōnū, & histriōnē Latini actorem appellant. Et quoties in arcanis literis legimus amicam, interpretabimur de meretrice; quoties amatorem, de eo qui meretricio teneatur amore. Quoties autē in Cantico Salomonis audimus amicę nomen? Et Prcuerbiorum. 7 Prudentiam vocat amicā. Item Sapien. 8. Amator factus sum formae illius, in peiorem partē interpretabimur. Quoties osculum legimus, interpretabimur de suaujs amatorijs. Sed desino persequi, quæ sunt innumerabilia. Magnifice profittetur se, si detur locus ambiguis, omnia posse in bonam partem interpretari quæcunq; vñquam omnes hæretici dixerunt, denique quicquid ipse diabolus dixit, aut dicere & facere possit in teterum. His tragicis hyperbolis delectatur Euangelicus doctor, quæ profecto magnam dementię speciem habent. Quanquā hac saltem in re satis illi creditus, etiam si nulla sint ambigua, modo liceat ipsi, truncati referre, quęq; in suo loco bene dicta sunt depravare, & affingere quæ voluerit.

Tandem ad calūnias partes allegantur & Cæsarū Ethniconū leges, quæ iubet ambigue dictū aduersus eum interpretari, q obscure dicit, quod clarius dicere poterat. Sentit opinor locū qui est in pandectis de verborū obligationibus, vbi ex Vlpiano referuntur hæc, In stipulationibus quum quæritur quid actū sit, verba cōtra stipulatorē interpretanda sunt. Eum qui ita dicat, mihi decē & Titio decē, eadem decē, non alia decē dicere credendū est. Quanquā hunc locū arbitror nō care remendo. In his enī verbis: Stipulor mihi decē, & Titio decē, nulla est ambiguitas, quin sentiat de his decem. Secus si his verbis esset stipulatus,

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

M̄hi decem & Titio: aut m̄hi & Titio decem.  
Sed quin eadem opera Martinus citauit locū ex  
eodem Vlpiano Titulo de Iudicis: Si quis inten-  
tione ambigua vel oratione v̄sus sit, id quod v̄ti-  
lius ei est, accipiendum est. Præterea illum ex eo  
dem Vlpiano, prætorias stipulationes legem ac  
cipere ex mente prætoris. Rursus illum, qui cō-  
cedit priuilegia largienti, vt si quæ in scripto in-  
sint ambigua, ipse interpretetur. Quin & illud  
eredit Vlpianus, si quis in nomine serui quem sti-  
pularetur dari, errauisset, modo de corpore con-  
staret, valere stipulationem. Hæc aliaq; multa  
dissimulat quæ sunt in principum legibus, & vni-  
cum modo dictum nobis obijcit, de priuatis cō-  
tractibus, in quibus non iniquum est, eum qui in  
suo ipsius negotio sic loquitur, vt quid sentiat in-  
certum sit, aliquo damno mulctari. Quid hoc  
ad illum, qui docendi studio in publicum emitit  
volumina? An huic hanc legem præscribet, vt  
si quod verbum ambiguum exciderit, continuo  
Babylon & Chaos commisceat sacra prophana-  
que omnia, & illud verbum quam possumus in  
peſſimam partem interpretemur, damnates om-  
nia quæ sexcentis alijs locis eadem de re dilucide  
& expedite scripsit? Quanto dignius est æqui-  
tate Christiana, vt quemadmodum in scripturis  
diuinis, si quid ambigue obscureve dictum oc-  
currat, ex aliorum collatione locorum explica-  
mus, ita in libris tractantium sacram scripturam  
si quid occurrerit ambiguus sensus, vel ipsi in me-  
liorem partem interpretemur, vel alijs ex locis  
scripti sensum eruamus. Quid porro si Luteri  
legem quam in nos statuit, in ipsum retorquea-  
mus? Ne vener aliunde quod obijciam, quid  
sentit

## ADVERSVS EPIST. LVTERI:

Sentit quū semel atq; iterū in hac epistola dicit,  
me abhorrere ab omnibus religionibus præser-  
tim Christiana? An non hoc obscure dictum  
est, an non scandalose? Quid enim aliud intel-  
ligat Lector, quam Erasmus exemplo Luciani  
damnare religionem Lacedæmoniorum, Scy-  
tharum, Thracum, Atheniensium, &c. & vñā  
ex harum numero esse religionem Christianam,  
quum non sit nisi vna religio, quæ verum veri  
Dei cultum docet.

Verum quum hic tam multa deblateret, ne  
dicam scurretur, de rege amphibolo, de regi-  
na amphibologia, nullum adhuc locum ē meis  
scriptis produxit, vel obscurum vel ambiguum.  
Sit ambiguus dictum: Non audemus spiritum san-  
ctum appellare deum: cæterum in mea præfatio  
ne non est ambiguus dictum: quo d enim sequitur  
declarat audem̄ is verbum esse fiduciæ non teme-  
ritatis: & si esset temeritatis, non esset in profes-  
sione, sed in eo quem profitemur ore deum, mo-  
ribus imp̄is ē suo templo deturbemus. Si stipu-  
lator ille sic esset loquutus, stipulor Sticho dece  
& Titio, & in eadē syngrapha adiecisset, vt sum  
ma viginti sextariorum inter eos æqualiter diui-  
datur, nullus causaretur esse ancipitem stipula-  
tionem. Idem valeret, o pinor, si ex alijs syngra-  
phis constaret animus stipulatoris. At Luterus  
tyrannus hyperbolus non vult mihi prodesse,  
quod in eodem sermonis tenore declaro quid sen-  
tiam, nec quod alijs ducentis locis mentem me-  
am sole clarius explanē. Videatur hic sermo am-  
biguuus: Petrus C H R I S T V M nominat vi-  
rum, deum tacet, verum hoc Luteri dictum est,  
non meum. At qui videt me laudare Pauli pru-

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

dentiam, qui firmis & infirmis, pro suo cuiqz ca  
ptu dispensare norit mysteria doctrinæ Euange  
lice, & quod eadē prudētia Petrum indicō in Actis  
Christū apud multitudinem, nondum eius my  
sterij capacem, appellasse virum, nō deum, huic  
non potest esse obscurū quid sentiam. Quanquā  
autem mihi persuasum est, coitum nō esse verbū  
per se obscenū, quo toties vtuntur diuinæ lite  
ræ, nolle tamē sic loqui de deo & sacratissima  
virgine, quemadmodū fингit Luterus, deus pa  
ter conjz cū virgine. Sed si quis in explicanda si  
militudine, dicat ibi suile quasi mysticū quendā  
coitum dei cum virgine, malitiosa mentis est, sta  
tim interpretari deum sic conjz cū virgine, quē  
admodum Iuppiter adulterino concubitu com  
pressit Semelen, aut Mars R heam. In tali sermo  
ne nulla est ambiguitas: & si qua est, ipsa per  
sonarum dignitas submouet omnem sinistram su  
spicionem. Verum de his mox.

Supereft vnuſ locus omnium atrocissimus,  
ſed idem omnium mendacissimus. In appendice  
quadam, quā extempore adieci Nouo testamen  
to, quum forte vacaret vna atque altera pagina,  
ait me proposuisse quæſtionem, quare Christus  
de cœlis descenderit, tantus magister, quum mul  
ta ſint etiam apud Ethnicos similia, forte etiā per  
fectiora. Protinus mihi vide lector, quanta ho  
minis in proponendo vanitas & impudentia.  
De doctrina C H R I S T I loquens, quæro quod  
illa habeat nouum aut eximium vltra veteris te  
ſtamenti volumina, quum vix quicquam ſit pro  
ditum Euangelicis literis, quod non multis ante  
ſeculis proditū ſit in lege & prophetis. Atque  
hiç ſyncerissimus doct̄or, qui non loquitur niſi  
mera

## ADVERSVS EPIST. LVTERI:

mera oracula, ita deprauat sermonē meum, qua si doctrinam Euangelicam contulerim cum scriptis Ethnicorum. Nec hoc contentus, de suo spiritu addit, tantus magister, ut sermo fastidium et ironiam sapiat. Atqui hic Luteri stomachus est, non meus : nihil enim tale est in ea appendice. Ne his quidem contentus, de suo addit, forte etiam perfectiora, quum ibi C H R I S T I philosophiam prorsus non conferam cum Ethnicorum sapientia, tantum obiter addo in philosophorum literis inueniri quasdam scintillas Euangelicæ veritatis. Quid expectas ab eo sinceri, qui statim in proponendo tot contexuit mendacia, atq; obiter conuicium furiosum intertexuit : puto enim inquit, eum hoc credere Brasmicissime, significas me ne hoc quidem credere C H R I S T U M assumpsisse carnem. Verum quid? Num impie queritur an Christus docuerit aliquid ultra legem & prophetas, sed quemadmodū nihil gesit in terris, quod non fuerit typis legis adumbratum, ac prophetarum oraculis praedictum, ita nihil docuerit, quod in veteris testamēti libris nō esset traditum, licet minus evidenter. An non hoc, quod hic inquirendum propono, queritur a Christianissimis doctoribus atq; etiam in theologorum scholis disputatur? An non pie tractat Tertullianus omnia perfectionis Euangelicę dogmata, in prophetarum libris expressa esse? An non praeter alios Eusebius in preparatione Euangelica laborat in hoc, ut ostendat in Ethnicorum libris plurima inueniri, quae cum Canonis literis cōsentiantur? Quid igitur hic est, quod obscure gloriam Christi, aut illius doctrinā vocet in dubium? Mea sententia vehementer cōfirmat Christi do-

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

Etrinam, quod cum prophetis consentiat & à naturæ sensu non abhorreat. Sic enim facilius & à Iudæis & à gentibus recipi poterat. Impudens itaq; calumnia est, quod ait me Christo nihil aliud tribuere, quam quod unus de numero sanctorum, cæteris perfectius & absolutius ea præsta ret, quæ illi præstiterant. Sed vnde hic repente sancti, quum in proponendo tantum nominarit Ethonicos? An cum his sanctis confero Christum? Christus, inquit, descendit de cœlis, ut redimeat genus humanum à peccato & morte. An hoc negauit Erasmus? Sed hic de nouitate doctrinæ tantum proposui quæstionem. Et verū eit Christum & ob hanc causam missum in terras, ut nos plenius doceret voluntatem patris, & exemplū virtutis omnibus vndiq; numeris absolutum traduceret. Non illi agebatur de toto Christo cum prophetis conferendo, sed tantum de doctrina, & exemplo vitæ. Quir autem hoc proposuimus, significat quæstionis exitus, videlicet ut ardentiore studio doctrinam Euangelicam amplectemur. Fortasse volebat Christum in hoc prefferti sanctis, quod deus esset & homo, quod morte sua redemit humanum genus. Hoc quanquā illi non agebatur, tamen obiter à me prædictatur, velut in limine quæstionis, quum aio: Nullū autem mysterium magis ad nos pertinet quam ineffabile cōsilium, quo deus per filium suum restituit humanum genus &c. Quum appello dei filium, nōne deum profiteor? quum aio, restituuit humanū genus, nōne profiteor redemptorē? Ac paulo post, quum aio, ut ipse dei filius factus hō doctrina suā viā salutis nobis ostēderet, an nō profiteor deū & hoīem, declarās me de doctrina & vite

## ADVERSVS EPIST. LV T.

Vitæ exemplis hic querere , quid in his habuerit  
præ cæteris eximium: nec id aliam ob causam pro  
pono, nisi vt doceam illum etiam iuxta naturam  
humanam multis modis omnibus sanctis supe  
riorem, & adeo superiorem vt nulla sit collatio.  
Deinde quum addo: Quanquam hoc ipsum vir  
tutis, quod emicuit in sanctis Christi munus est,  
an non illi tribuo, quod dignum est illius sublimi  
tate? Hęc sic habere compertet, quisquis eam ap  
pendicem legere nō grauabitur. Quid igitur mē  
tis habuit, qui perinde quasi re pulchre cōprobra  
ta, debacchatur tota pagina, sic exordiēs: Hic mi  
ser iste, nouator omnium, sic enim dominum glo  
riæ pungit, Christus, amisit gloriam redempto  
ris &c. Appello Christum innouatorem omniū  
subindicans & in illius vita doctrinæq; oportere  
esse aliquid nouum atq; eximiu. An hoc est pun  
gere dominum gloriæ? Pungit igitur seipsum,  
quum in Apocalypsi dicit: Ecce ego noua facio  
omnia. Pungit eum Paulus quum ait: omnes in  
Christo esse nouam creaturam. quomodo porrō  
amisit gloriam redemptoris, quum illic dicam re  
stituisse mundum, & si hoc non dixisse, de dos  
ctrina, non de morte differens , an ideo amisisset  
gloriam redemptoris? Quām vero nouit Marti  
nus religiose loqui de rebus diuinis, qui hic Chri  
stum miserum vocat. Scio Ironiam esse , sed ille  
figuras reiçit, et quanquam me facit Epicurum,  
non auderem eiusmodi verbis in Christum lude  
re. Hic scilicet est locus , qui primum alienauit  
Martini animum ab Erasmo . Quanto Erasmus  
humanior, qui nunquam alienauit animū à Ma  
tino. Hinc primum suspicari coepit me esse De  
mocritum & Epicurum, & versutum irrisorem

C 5 Christi,

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

Christi, quum tota hæc appendix spiret Christi  
gloriæ. Similis absurditatis ac dementiæ sunt quæ  
persequitur, de odio meo in Christum, de Coépi  
cureis meis, de figuratis & insidiosis verbis, qui  
bus furiosissime debacchor in Christianos, de bi  
lingui & odibili dicendi genere, de funditus tol  
lenda religione Christiana, reliqua piget recen  
sere. Dicas morbum loqui non hominem. Gau  
deo extare lucubrations meas, quæ ut confido,  
lectori fidè faciēt, me tantū abesse ab hoc affectu,  
quem mihi impingit Martinus, q̄ ipse abest à so  
bria mente, Christianaq; modestia.

Iam illi displicet & Methodus mea cum suis  
circulis, quam vt ego non affecto videri admodū  
doctam, ita falsissimum est, quod ait Luterus , il  
lam nihil aliud esse, q̄ irrisiōnem Christi & om  
nium ab eo gestorum : nec aliud ex ea lectorē  
haurire posse, quam fastidium & odium discen  
dæ tam confusæ & perplexæ, & fortasse fabulo  
sæ religionis. Atqui si methodus illa passim incul  
caret Luteri dogmata , papē , q̄ esset erudita , q̄  
Christianā. Neq; vero mirum Lutero videri ibi  
irrisum Christum, quum illi videatur pupugisse  
dominum gloriæ, qui illum appellat innovatore  
omnium. Quod illi scriptura tribuit ad summā  
laudem, hoc Luterus interpretatur ad ignomini  
am, nimirum καρδιογνώσκει, vt vult haberi , quū  
interim deliret in manifestis.

Nondum finis. Quis inquit, tam fastidiose et  
odiose non dicam hostiliter loqui ausit de Ioanne  
Apostolo & Euangelista, qui post Christū sum  
mę autoritatis apud Christianos est , meros crea  
pat mūdos , nisi qui eum virum putet esse aliquę  
bardum ac bucconem &c. Nec indicat locum  
ybi

## ADVERSUS EPIST. LVT.

Vbi hoc legatur in scriptis meis, et ausim meo periculo deierare nusquam esse. Nec enim conjectare possum quo sensu verba illa a me dici potuerint. Meros crepat mundos. Suspicor tamen hoc mendacium illi e duobus locis conflatum esse, quemadmodum in somnis e diuersis imaginibus temere vagantibus monstrosa quedam visorum species conflantur. In argumento quodam afferens primam epistolam Ioanni ut germanam, ex ipso sermonis charactere, quod certis quibusdam verbis subinde vtatur, mundus, lux, charitas &c. deinde quod ita contexat orationis mensbra, ut ex eo quod proxime precessit sumat alterius partis initium: Exemplum adfero: Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt, si quis diligit mundum &c. & addo. Quantum hic est mundorum. Haec voces exciderant in prima editione, quibus quum nihil aliud sentirem, quam crebro repeti nomen mundi, tamen admittitus ab amico, proxima statim editione, mutauit linguam, sententiam tenui, scriptisq; quoties hic iteratur mundus. Hanc scripturam reperies lector in paraphraseon editione Annt M. D. XXXIII. similiter posterioribus noui testamenti editionibus. Ursus in appendice, que adiecta est Paraphrasi in Euangelium Ioannis, hunc in modum de illo loquor: qui quemadmodum peculiarius adamatus fuit, ab illo, qui est amor aeternus, ita nihil aliud loquitur, nihil aliud spirat, quam meros amores &c. Ex his duabus locis suspicor Lutherum parum memorem quid legisset, aut quid audisset confinxisse meros mundos crepat. Et tamen hoc mentis somnio de Iesus quam procaciter me conspuit, flagellat & lapidat,

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

lapidat, toties mihi in faciem ingerēs, meros crepat mundos. Atqui dum tam inclementer sœvit in meros mundos, qui nusquam sunt in scriptis meis, videbitur fortassis alicui non ita multum abesse ab imagine Aiacis, sequentis in porcos, quorum alium putabat esse Vlyssem, alium Agamēnona, & vociferatur huius generis infinita esse in scriptis meis, imò me totum nihil aliud esse in Theologia, quam hoc ipsum, quod exempli loco profert, nusquam sit in scriptis meis, nec vñq; fuerit in animo. Et hic exaggeratur Ioānis dignitas atq; autoritas, quem post Christum vult esse primā inter Christianos, quū soli Christo nostra sit Apostolorum dignitas, autoritas parsit apostolorum omnium: & si quid interest, prima trivultur Petro ordinis Apostolici principi, qui in Actis primus agit præconē Christi, cæteris Apostolis astantibus, proxima Mattheo et Paulo. Et hic appellor os & organum satanæ, etiam capite plectendus, si sanus iudicio & studio sic loquerer. At si lex Remia valeret, plectendus esset capite, qui falso capitale crimen intendit. Me liberat insania, cui multam habeo gratiam. Verū hęc quo magis attollit ac repetit, tanto magis se præbet ridiculum cum umbra pugnans.

Hęc sunt illa horribilia verba, obliqua, ambigua, insidiosa, obsccena, Satanicæ, quibus Erasm⁹ omnium inscius stupidus atq; etiam vere delirus sed tamē mira calliditate iam pridem studet vniuersam Christianam religionē funditus subuertere. Ac mihi quod antehac audiui nunquam, etiam sectam adiungit, non sophistarum opinor, neq; Papistarum, necq; sacramentaliorum, sed Epicureorum ac Democritorum, qui de rebus diuinis

## ADVERSVS EPIST. LVTERI.

nisi adeo nihil credunt, ut derideant omnia. Equidem facile crediderim sub nomine Christiano tales nonnullos latere, verum illud scio, nullum esse qui hunc affectum est meis scriptis hauserit, & si quem huic impietati obnoxium nossem, nolim cum eo cibum capere, nisi magna esset spes resipiscientiae. Contra sentio me natura propensum in eos, qui sincere diligunt dominum Iesum, ex animo dolens me non esse per omnia talium similem, quanquam huc omne studium meum intendo, ut meipso melior euadam. Et si quid mihi per imprudentiam in scriptis excidit, quod infirmo cuiusdam possit esse offendiculo, non magni negotij fuerit ea corrigerem, quemadmodum multa iam mutauit, quibus pro mea simplicitate, non exceptabam ut quisquam offenderetur. Mox ubi sensi, non sum grauatus amoliri scrupulum. Atque utinam Martinus aut tam facile posset, aut tam prompte vellet in suis libris ea corrigerem, que tantis tumultibus miscent ecclesiam Christi. Facile reditur in gratiam, ubi de vocibus modo controversia est, de re conuenit. Nec inficior fuisse, quia ante ipsum quisbusdam verbis meis offensi sunt, sed horum offensio, hinc fere nata est, quod Latine Graecorum nescirent. Quidam coelibem dici putabant qui caste viueret, Sed edoceti de vocis elegantia placati sunt. Quosdam offendit fabule nomen, sed edoceti receperunt satisfactionem. Argumento est, quod hoc a Beda notatum censure facultatis prætermiserunt. At Martinus nullam recipit excusationem, sed bis damnandum putat, qui medetur offensis. Cæterum istum tot lingua rum peritum offendi non oportuit. Illos excusat linguarū & antiquitatis imperitia. Nec quisquam

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

quam tamen eorum hinc pronunciauit Erasmus  
et hec Epicurum, Democritum, os satanæ, irrisio  
rem & osorem Christi totiusq; religionis eius.  
Quorum præiudicij si me grauat, meminisse de-  
bet, eos ipsos esse, qui Luterum pro haeresiarcha  
pestilentissimo detestantur, nec alio nomine mi-  
hi sunt iniquiores, quam quod aiunt multa esse in  
scriptis meis, que prima specie Martini dogmati-  
bus videantur affinia. Nunc isti in ceteris omni-  
bus insaniant, in hoc vno sapiunt, quod aliquot  
Erasmi verbis offenduntur. Et vide q; sibi non  
conscient hominum iudicia. Martinus clamat me  
nihil scire, nequaquam intelligere illa subtilia que  
scribit in papistas, vix etiam haec crassa, neq; quic  
quam omnino docere. At hi mihi obiciunt q;  
illa ipsa subtilia Luterus magna ex parte haue-  
rit e meis libris. Fateor me quæ scribo, pleraq;  
haussisse e libris veterum orthodoxorum. Cate-  
rum si tollas e libris istius, hyperbolas, conuicia,  
facetias, tautologias, etragedismos, alleueratio-  
nes, adhæc que illi conueniunt cum Ioanne Hus  
& Ioanne Vuiccleuo alijsq; nonnullis, fortasse nō  
multum restabit, quo veluti proprio glorietur.  
His crassis meum ocium oblectare malo, quam  
istis subtilibus turbare totius ecclesiæ tranquilli-  
tatem, acciuitates cum ciuitatibus, plebem cum  
principibus, & episcopis, ipsos principes inter-  
sele committere. Tametsi non sum vsque adeo  
plumbeus, ut non intelligam Martini paradoxa,  
que nobis memoriter occidunt textrices & calce  
arij: de his loquor quæ latine prodidit. Iam si ni-  
hil esset in eius libris fallsum aut erroneum, tamē  
ista tam effrenis in omnes maledicentia, inficit le-  
ctorum animos, presertim idiotarum, nec aliud  
gignit.

## ADVERSVS EPIST. LVTERI.

gignit quām schismata. Vult me cogit in ordinē,  
vt de rebus sacrī ad prescriptam loquar regulā,  
sed vnde ipse nouum hoc docendi genus mutua-  
tus est? Num a Christo? Num ab Apostolis?  
num a probatis ecclesiae doctoribus? Nequaq;  
Vnde igitur? Hoc alijs iudicandum relinquo.  
Quid quod qui mordicus harent illius dogmati-  
bus, improhant tamen has intemperias vel ob  
id quod obstant quo minus hæc fabula sortiatur  
foelicem exitum. Ego Epicurus, si incidiſſem in  
tempora apostolorum et audirem eos tanta tāq;  
perpetua maledicentia prædicantes Euāgelium,  
vereor nec mansurus fuerim Epicurus. Atq; in-  
terim me regem facit, non ferendam tyrannidē  
exercentem in vniuersos homines, sed absq; fa-  
tellitio, quippe qui nec principem habeam sub  
cuius clypeo tutus latitem, in quoscunq; libeat  
veneno tincta tela dijacula, nec ciuitatem, nec  
scholam, nec discipulos, qui pro me stringant ca-  
lamum. Quod si sibi bene conscius est, suocq; per-  
suasit animo, sanctū & piū esse quod docet, opor-  
tuit ad beati Pauli exēplū, q; vult Euāgelistā esse  
 $\sigma\delta\alpha\kappa\tau\kappa\mu\rho$ , non  $\pi\lambda\kappa\kappa\tau\kappa\rho$  aut  $\lambda\circ\gamma\circ\mu\chi\circ\mu$ , ad  
vigilare, ne quod offendiculum daret Euāgeliō  
quod cupid per vniuersum orbē propagari. Nūc  
non animaduertit, quot homines ab ipsius doceri  
na resiliant, aut abstineant offensi perpetua conui-  
ciandi petulantia, presertim si ad maledicendira-  
biem accedat effrons vanitas ac malicioſa de-  
prauatio.

Obn̄cit mihi q; in hoc vt ait, Iaboriosissimo se-  
culo, rectius dixisset furiosissimo, Judam ac vt ip-  
sius verbo utar, morioner. Meriam lusitranquil  
lo seculo, q; facile si ita videatur noxæ dedidero.

Collos.

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

Colloquia me inuito, atq; etiam irato prodierūt  
Quibus adieci quedam in gratiam typographi,  
Ieuī sane brachio , vt qui vno die interdum tria  
absoluerim colloquia. Quanquam non vbiq; io-  
cor in colloquijs, & si iocor, non iocor ociose. At  
Martinus in rebus etiam atrocissimis ludit ver-  
bis & figuris , velut oblectans animum suum,  
hoc genere deliciarum inexplebilem. Fateor me  
quodam genij affectu prop̄storem ad iocandū,  
tum in scriptis , tum in familiaribus colloquijs.  
Nec ea res mihi semper cedit feliciter , dum alios  
rum animos ex ingenij mei simplicitate metior.  
Verum quādo nullus hominum vacet omni nge-  
uo, malo quibusdā videri ineptior , q̄ truculētus  
τάλαντας ac p̄crustes q̄spia, vbiq; tragicū spirās  
Rhetorum est, primum docere argumentis, de-  
inde si res postulet solicitare affectus. Atroces au-  
tem illos quos τάλαντα vocant, non temere. verum  
nusquam non esse δέρωμα, nusquam non intonare  
voces plusquam tragicas dementiae verius est q̄  
eloquentiæ.

Querit vnde pullulent in ecclesia tot sectarū  
formæ, inter quas commemorat sacramentarios  
quasi ipse de sacramentis doceat eadem quæ tra-  
dit ecclesia catholica, commemorat Donatistas,  
Arianos, Anabaptistas, Epicuros &c. debebat  
addere Suermeros, Sabbatarios, circuncisos &  
veræ perfidie frontis homines. Exortūt enim  
qui scalpro perfidiant frontem donec eliciant san-  
guinem, ac mox locum inungūt oleo, itaq; Chri-  
sto initiantur. Vnde hæc inquit zizania in agro  
domini? Vnde? Nisi ex quatuor ambiguis ver-  
bis Erasmi, quanquam ea re vera ambigua non  
sunt, quod admonuerit Apostolos non statim  
apud

## ADVERSVS EPIST. LVTERI.

apud quosvis Christum appellasse deum , quod admonuerit Euangelicum sermonem tropis ac figuris obliquum esse, quod dixit Paulum omnibus omnia fieri, ut omnes lucrificati, eumque chameleonti comparatit. Quod epistolā ad Romanos scripsiterit multis difficultatibus inuolutam esse, atque hic labyrinthorum meminerit : quod scripsiterit Ioannem Euangelistam meros crepare mundos, quum haec voces ne in somnis quidē mihi in mentem venerint, quod de incarnatione domini loquens, à coniugio duxit similitudinem. Hinc nimirum tantus haereseon prouentus . At qui isthuc hactenus nullus obiecit Erasmo p̄ter vnum Luterum. Sed nonnulli calumniati sunt, quod ipse Lutero seminaria p̄abuerim. Verum hos protinus clamabit impudenter mētiri, Erasmus non esse Luteranum, sed totū esse Erasmus. Ut istuc largiamur, propius tamen hoc mendacium accedit ad veri speciem , quam si quis dicat Anabaptistas, Donatistas, Arianos, & Epicuros hoc est paganos ē meis tribus amiguis verbis repullulas. Quod si est, demiror hominum ingratitudinem. Nullus horum ad hunc usq; diē, aut salutavit me , aut gratias egit, quum innumerī sint discipuli à quibus Luterus audit venerandus pater , & Euangelicæ veritatis instaurator: Contra non pauci sīnt orthodoxi qui se profitentur mihi debere , quod Christum & nosse & amare cœperint

Censet meos libros ē scholis suorum ejcēdos, quasi ego vñquam ambierim in istoriis scholas recipi. Fortasse sentit scholas theologorū, ac nescio quid subodoratus videtur hoc futurum Me vero non fugit istuc iā oīm agi clamoribus

D quorū

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

quorundam monachorum, sed hoc lemmate, ut negent Luteri doctrinam opprimi posse, nisi prius abolitis Erasmi Lucubrationibus. His opinior nunc applaudet & in horum sententiam pendibus ac manibus ibit, odio mei: quod utinam tantum valeat, ut cum Papa, papistis, Theologis ac monachis omnibus redeat in gratiam, Christi q; ecclesiam suæ reddat tranquillitati. Tanto orbis lucro, facile meorum librorum iacturam pensauero, quando meipsum nemo potest aut poterit a Christo diuellere, nisi volens discessero. At posteaquam afflatus est propheticō spiritu, divinat & illud, Festinare iudicium meum, ac breui fore, ut quasi sorex memet meo ipsius iudicio prodam ac perdam. Sentit autem de paganismo & odio Christianæ religionis, quod homo versutus hactenus celarim, ut ipse putat, imò non putat, sed se putare fingit. Ego hactenus de CHRISTO & religione Christiana ea sensi quæ digna sunt eo qui spem omnem fixit in CHRISTO, docq; operam, ut indies sentia melius, certe ut magis amem. Quod si quid erro cum papistis, confido me fore in numero eorum, quorum errori, ut ait Luterus, deus misericorditer ignouit, eo quod seducti simpliciter errarunt. Mihi satis est si cum Hieronymo, Chrysostomo et Bernardo recipiar in diuinę misericordię gremium. Verum negat esse spem veniae, posteaquam ab ipso prolata est lux veritatis. Quasi non & ante Luterum similia docuerint, Hus & Vuiclevus. Quod si deus ipsum tam diu versatum in tam profunda caligine tandem misericorditer ad tam admirabile lumen euocauit, decebat ut eadem lenitate yteretur in nos luteos homines

## ADVERSVS EPIST. LVTERI.

mines adhuc in pristinæ ecclesiæ tenebris palpantes. Quanquam ut serio loquar, Si de moribus & ceremonijs agitur, optarim multa esse correcta sed autoritate synodi: si de dogmatibus, possem & ego quibusdam accedere, si audirem publicam ecclesiæ vocem. Meum animum nondum tranquillant affeuerationes Luteri, quantū libet fortis, adeo inter legēdum multa occurruunt quæ possent affeuerationem infirmare. Qui agit contra conscientiam ædificat gehennam. In tanto orbis incendio, prospiciat sibi qui velit, mihi curæ erit hanc animulam CHRISTO servatori tradere. Quod si Martinus illud sibi proposuit, persuadere mundo Erasmus hoc agere callidis artibus & insidiosis cuniculis, ut omnes Christianos adducat in odium veræ religionis, frustra nitor. Citius enim persuaserit omnibus, se aut odio Lymphatū esse, aut mētis morbo teneri, aut à sinistro quopiā agitari genio. Illud potius persuadeat, quod verum esse Iudaico more deierat. Viuit inquit dominus, magnam ei faciunt iniuriam & defendendus est mihi contra hostes eius, qui eum Luteranum accusant, quū sit me nimis certo ac fideli teste, nullo modo Luteranus, sed Erasmus tantum. Relinquendus est inquit papistis, qui tali Apostolo digni sunt. Quos appeleret papistas nescio. Orthodoxis libenter adhereo, siue ille me relinquat, siue non relinquat. Nec illud ingratum fuerit quod militatur, se contemptum Erasmus cum cæteris quibus non est dignatus respondere, perhenni bus tenebris ac perpetuæ obliuionis traditurum. Cum quibus? Cum Eccio, cum Emsero, cum Ioanne Gocleo &c. qui forsitan, ut ait, inclaruī

D 2 sent

## D. ERAS. ROT. PVRGATIO

sent, si eos fuisset dignatus responso. Poterat ad-  
dere cum Iodoco Clithoueo, cum Iacobo Lato-  
mo, cum Ioanne Phiscero episcopo Roffensi, alijs  
qz multis, quorum nomina iam sepulta sunt, ac  
letheis aquis consecrata. Quanquam me qui-  
dem iam olim dignatus est hoc honore in Seruo  
arbitrio. Dicet, non respondi sed pupugi tan-  
tum leuiter, vt hominis oscitantiam excitarem.  
Quum totus ille liber nihil aliud crepet, quam  
Erasmus Epicurum, Democritum, Scepticum  
osorem C H R I S T I, irrisorem Christiane prie-  
tatis, corruptorem scripturarum, Spermologū,  
temulentum: pro his delicijs quoniam illi non  
egi gratias, sed ausus sum quæ obiecit refellere,  
subito factus sum vipera, & gigno viperaspides  
Sed uter est vipera, qui talia afflat venena, an qui  
repellit? qui infigit letales morsus, an qui mede-  
tur? Quum autem sic esset debacchatus in proxi-  
num, tamen pupugit tantum. Ac post æditum  
hoc opus conatus est scriptis ad me literis mihi  
persuadere, se cädido & amico esse in me animo,  
sive crederem, sive non crederem. Si sic velli-  
cat amicum dormitatem, quas plagas infligeret,  
sive vellet hostem occidere? Sed hunc in modum  
sibi blanditur αὐτοκόλαξ, sibi qz persuader, homi-  
nes non intelligere fucum quo iactat se quibusdā  
nolle respondere. Atqui si suæ confidit doctrinæ,  
si dignam iudicat, quam omnes amplectan-  
tur, expediebat vt quibusdam serio responderet,  
non scommatibus & conuicijis, sed scripturis &  
argumentis. Nunc volitant per orbem libri,  
qui illi vt audio in os impingunt, loca non pauca  
in quibus ipse secum pugnat, in quibus manife-  
ste corrupit sacram scripturam, falsa interpretati-

## ADVERSVS EPIST. LVTERI.

one detorquēs ad sua dogmata, qui rationes illius argumentis insolubilibus subuertunt, & putat speciosam victoriam, quod non dignetur eos responso. Atqui magis conueniebat atq; etiam ex pediebat eos dignari responso, quam ludibrijs et contumelijs incessere. An dicet, non est ocium? Verum multum oī sibi parasset, si prætermissis conuicijs tantum scripturis egisset & necessarijs argumentis. Quod si inuidet illis nominis claretatem, quid refert utrū nobiliter eos argumen-  
tando an maledicendo? Nunc quum tantum maledicit, & illis parit honestam famam apud plures, & gloriæ suæ non mediocrem inurit labem, præsertim apud cordatos & integratos, qui bus ubiq; placet moderatio sinceritas ac ciuitas. Hoc dignius erat Euangeliū præcone, qua-  
lis videri vult, quam his temporibus exulcerati  
simis, animos hominum ad seditiones ac bella concitare. Longe aliud sonat  
tuba Euangelica, aliud consueta Panis, aut cornu  
Alectus. Sed

vixit

dñs, qui non  
deseret in ipso spem  
habentes,



PVRGATIONIS D. ERASMI  
Roterodami aduersus Martini Lu-  
teri Epistolam  
Finis,

L51950-L

OCN 1393434665

A N T V E R P I A E  
Exofficina Ioannis Graphei.  
Anno a Christo nato  
Millesimo  
Quingentesimo trigesimo  
moquarto.





